

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1120

SALVATORIS INFANTIA



Sanctus Ioseph Puer-Iesus Dei filius et Maria Virgo Deipari
Omnipotens sacro conducit Pneumate Christum
Dum Matri Puer est subditus atque Patri



103
COMPENDIVM

IOANNIS DESPAVTERII

De Syllabarum Quantitate,

PER IOANNEM PELLISSONEM excerptum,

APPENDIX EIVSDEM

Pellissonis de Accentibus.

QVAE SVMMO STUDIO

recognita sunt & emendata.



PARISIIS,

Apud IOANNEM LIBERT, via

D. Ioannis Lateranensis, prope

Auditorium Regium.

M. DC. XVII.

COMPTES

DE LA SOCIÉTÉ DES AUTEURS

DE LA LITTÉRATURE FRANÇAISE

POUR L'AN 1815

PAR M. L. DE LAUNAY

(L'abbé de launay)

DE LA SOCIÉTÉ DES AUTEURS

DE LA LITTÉRATURE FRANÇAISE

POUR L'AN 1815

PAR M. L. DE LAUNAY



PARIS

APRÈS LA LIBERTÉ

DE LA SOCIÉTÉ DES AUTEURS

DE LA LITTÉRATURE FRANÇAISE

M. DE LAUNAY



COMPENDIVM IOANNIS
DE SPAVTERII DE SYLLABARVM
Quantitate, per Io. Pellissionem excerptum.

Carminis & metri, seu versus definitio.

Quid est Carmen? Oratio strictiori pedū lege coërcita, & ornatissimū dicendi genus. Vnde dicitur carmen a canendo, quòd sit aptum cantibus: non quòd lenocinio vocis cantanda sint carmina, sed cum quadam gravitate pronuntianda. Nam, auctore Cæsare, qui bene legit carmina, bene cantat: qui verò bene cantat, malè legit.

Quomodo aliter dicitur carmen? Metrum, ex eo quòd certa pedum mensura carmen metiri soleamus.

Quomodo aliter? Versus, quòd tam diu verti debeat, quoad rectè constituatur: Vel quia vno versu finito, ad principium alterius verratur.

De Pede.

Quid est pes? metrica syllabarū constitutio, dicti autem sunt pedes, quia, quemadmodum pedibus ambulamus: sic carmina quibuldam quasi pedibus incedere videntur: vel quia per eos, veluti scalarum gradus, carmina scandimus. Quid est scansio? Legitima metri in singulos pedes distinctio. Dic aliquot ex vulgarioribus carmina. Hexametrum, Pentametrum, Saphicum, Asclepiadæum, Phaleucium: Habésne super his regulas? Habeo. Ostende.

Hexametrum carmen, eiúsque compositio.

*Hexametrum senis carmen pedibus fit: ex vltimo
Dactylus est quintus: sextam sibi vult regionem
Spondeus: reliquisque locis sit vterlibet horum.*

Dic sensum. Carmen hexametrum, sex pedibus constat: quorum quatuor primi sunt dactyli vel spondæi: quintus, tantum dactylus: sextus verò, spondæus. Quid est dactylus? Est pes constans tribus syllabis: quarum prima est longa, & duæ ultimæ breues: vt, Scribite, carmina. Quid est Spondæus? Est pes constans duabus syllabis longis, vt Dores, Scribunt. Adfer exemplum carminis hexametri: *Arma virumque cano, Troia qui primus ab oris. Scande. Arma vi*, dactylus. *rumque ca*, dactylus. *no Tro*, spondæus. *je qui spond.* *primus ab*, dactylus. *oris*, spond. Scande, id est, distingue pedes, metire carmen, &c. Cur dicitur hexametrum? Quia sex pedum ictibus ipsum metimur, ab (ἑξ) id est sex: & (μέτροι) id est mensura. Quid in id annotari præcipit Despauterius? Hæc, sequenti litera contenta.

Pedes nothi, siue illegitimi in hexametro.

*Hæc te legitimè docui. nam sæpe poëta
Ipsa minus seruant. Tu quanta licentia cautus,
Est permissa vide: ne quando turpiter erres:
Namque rei grauitas, quinta in regione locauit
Spondæum: veluti Magnum Iouis incrementum.
Dátque pedes alios Maro: Tu puer elige legem.*

Explica. Heroïci versus pedes legitimi, id est ex carminis lege debiti, sunt dactylus & spondæus, admittuntur tamen nothi, id est illegitimi, per poëticam licentiam, quam cauebis, quia rara occurrit: nec nisi in magnis operibus eorum poëtarum, qui extra omnem inuidiæ aleam positi sunt. Poëta itaq; in quinta regione sæpe spondæum locant, vbi rei grauitas & maiestas significatur, aut moeror & languor. Tamen id rarò est faciendum, Virgilius,

*Chara Deum soboles, magnum Iouis incrementum. Idem.
Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchysæ.*

& iterum; de Sinone maximam tristitiam languoremque simulante,

Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspectit.

Hi versus spondaici dicuntur. Quandoque sexto loco est dactylus sed vix, nisi hypermeter locum habet. Virgilius.

At tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.

Ob eam rem, tales versus, dactyliici appellantur. Reperiuntur & alij pedes in diuersis locis hexametri, qui sunt, iambus, anapæstus, proceleusmaticus. nisi cæsurae licentiam esse velis. Tu licentiam cauebis: nisi tantus fueris quanti hi, apud quos ea licentia reperitur, tum ita cautè, & ita parcè vteris, vt veteres,

Qui sunt hi pedes, quorum modò meministi?

Iambus est pes cōstans duabus syllabis, priore breui, altera longa, vt, docet. Anapæstus, pes constans tribus syllabis, quarum duæ primæ sunt breues, & vltima longa, vt animas.

Proceleusmaticus, pes qui constat quatuor syllabis breuibus, vt ariete: & vertitur in dactylum per synæresim: quasi vocalis fiat consonans. Est autem Synæresis, duarum syllabarum in vnam propter versum cōtractio. Subijce reliqua.

Vltima versus anceps.

Vltima cuiusque est communis syllaba versus;
Ne credas esse in sexta regione trochaum.

Vltima syllaba cuiuscunque versus, est anceps: id est communis, siue ad placitum, quod dixit Alexander.

Penthemimeris cum aliis cæsuris.

Per penthemimerim, brevis est producta licenter.

Penthemimeris est, vbi post duos pedes manet syllaba partem orationis finiens, veluti. *Omnia vincit amor.* hîc post duos pedes, *Omnia vincit a.* manet syllaba, *mor,* finiens hanc orationis partem, *amor:* cuiusmodi syllaba inuenitur licenter produci, si naturaliter sit brevis: ne dicatur tertio loco esse iambus quem non recipit heroicum, teste Quintiliano. Alibi, *At tibi, Tymbre,* caput *Euandrius abstulit ensis.*

Pentametrum carmen.

A iij

6 *metrum pentameter a five pedibus dicitur quod quatuor sunt spondei vel dactyli*
Pentametrum *5* *metrum pentameter a five pedibus dicitur quod quatuor sunt spondei vel dactyli* **vult quinque pedes: tertius est**
et corinthus **Semper spondæus: quartus, quintusque anapæstus:**
et corinthus **In reliquis spondæus erit, vel dactylus, ut vis.**

Pentameter versus constat quinque pedibus: quorū tertius semper spondæus est: quartus & quintus anapæsti; reliqui spondæi, aut dactyli; vel hi mixti, ut vis. Semper autē adsit penthemimeris, siue cæsura. Exemplū, *Omibus inuideas liuide: nemo tibi. Metire. Omibus, dactyl. inuide, dactyl. as li, spondæus. vide ne, anapæst. mo tibi, anapæst.* Alij scandendo, post duos primos pedes, faciūt cæsura: deinde duos dactylos sumūt cum altera cæsura: sic, *Arte leuis currus, arte regendus amor. Arte le, dactylus. vis cur, spond. rus cæsura. artere, dactylus. gendus a, dactylus. mor, cæsura.* Vnde dicitur Pentameter? à (πέντε) id est quinque, & (μέτρον) mensura. quia quinque habet mensuras seu pedes. Pentameter versus cum hexametro iūctus, facit carmen Elegiacum, miseris, alijs etiam rebus scribendis aptum: quale est, *Fortunā reuenter habe, quicunque repente, Dives ab exili progrediēre loco.* Et debet cum eo sensum concludere, aut suspendere: ita ut in sequētibz duobus penitus absoluator.

Asclepiadæum carmen.

6 *metrum asclepiadæum a Asclepiade dicitur quod quatuor sunt spondei vel dactyli*
Vult Asclepiadis versus, spondæon habere
et corinthus **Principio: binos hinc ritē capit choriambos:**
et corinthus **Pyrrius sequitur, quo non velocior alter.**

Asclepiadæus versus, constat spondæo, duobus choriambis, & pyrrichio: ut, *Sanctorum meritis inclyta gaudia. distingue pedes: Sancto, spond. rum meritis, choriamb. inclyta gau, choriamb. dia, pyrrich.* Quis pes Choriambus? Qui constat quatuor syllabis, quarum prima est longa, secunda brevis, tertia brevis, quarta longa: ut, *Nobilitas.* Quis Pyrrichius? Qui ex duabus breuibz conficitur. Vnde dicitur versus Asclepiadæus? ab Asclepiade inuentore.

Saphicum carmen.

6 *metrum saphicum a Sappho dicitur quod quatuor sunt spondei vel dactyli*
Quinque pedes Saphus carmen capit: esse trochæus

Metrum: quod sic fit, spondæum dactylus anteit.

Carmen Saphicū, constat trochæo, spondæo, dactylo, duobus trochæis: veluti, *Vt queant laxis resonare fibris*. Metire: *Vt que*, trochæus. *ant la*, spondæus. *xis reso*, dactyl. *nare*, trochæus. *fibris*, trochæus. Huic carmini, post tres versus, subditur Adonium siue Adonicum; sic dictum ab Adone puero, vel ab Adone inventore, dactylo & spondæo constans: vt, *Nubibus atris; Conditæ tellus*, &c. Nomen habet à Sappho puella, primū hoc genere apud Græcos vsa. Quid est trochæus? Pes, qui ex longa & breui constituitur: vt, *solve*.

Dactylus inde datur: triplicem cui iunge trochæum.

Phaleucium constat spondæo, dactylo, & tribus trochæis: ut, *Passer deliciae meae puellæ*. Scande; *passer*, spond. *delici*, dactylus. *æ me*, trochæus. *æ pu*, trochæus. *ellæ*, trochæus. Nomen accepit à Phaleuco inuentore: & dicitur alias hendecasyllabum, quod sine Synalœpha, & Ellipsi, vndecim est syllabarum. Quæ sunt scansioni figuræ potissimum deseruientes? Synalœpha, Ellipsis, Synæresis, Diæresis. Profer de his regulas.

Dictio dum sequitur, quæ à vocali incipiat.

Ellipsis est, in literæ cum sua vocali detractio, absumptio vel interemptio; quoties dictio aliqua in in literam desinit, & dictio sequens à vocali inchoatur: ut in hoc versu, *virtutem primam esse puta, compefcere linguam. Scande. Virtus, spondæus. tem pri, spond.*

a par la figure finale
 pro Bauw Osolo. Oratio
 a la fin d'une diction
 qu'une autre suit
 par commandement par Bau
 soi elle

messe. pu. dactylus, m & a, absumpta. ta com, spondæus. pescere, dactylus. linguam, spondæus. Item, *Multum ille & terris*, &c. Scanditur sic, *Multil*, letter, &c. Aliquando tamen non interimitur. Ennius, *Insignita ferè tum millia militum oëto*. Priscianus, *Et formam contra positarum imagine coni*. S. quoque sola aliquando interimitur. Lucretius, *Arboribus veteres decidere falcibus ramos*. Aliquando cum vocali præcedenti: Virgilius, *Aut ouium fœtus, aut vrentes culta capellæ*. Sic scãditur, *Aut oui*, dactylus. um fœ. spond. taur v, spond. rentes, spondæus. culta ca, dactylus pellæ, spond. Synalœpha est, vocalis detractio, quoties in eam dictio definit, & sequens à vocali exordiũ sumit: vt, *Sera nimis vita est crastina, viue hodie*. Scande, *Sera ni, mis vi, test, crastina, vin hodi, e*. Quod si versus finiat in m, vel in vocalem, & sequens à vocali incipiat, nulla erit Ellipsis, aut Synalœpha: præterquàm in paucis versibus, qui dicuntur hypermetri; vbi in versu finito manet syllaba vel in m, vel in vocalem desinens, quæ in principio alterius versus absumitur. Virg. 10. *Æneid. Sternitur infœlix alieno vulnere, calúmque Aspicit, & terras*, &c.

Vocalis non absumpta, sed correpta tantum.

*Non perimens longam raro, breuiare Poëta
Consuevit: veluti, Sunt insule ore canendæ.*

Vocalis ante vocalem non semper absumitur, sed aliquando longa solùm corripitur: quòd notandum magis, quàm imitandum. Virgilius, *Et longum formose vale, vale, inquit, Iola*. Idem, *Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?* Priscianus. *Nunc magno nobis sunt insule ore canendæ.*

Vocalis ante vocalem incommutatam.

*Id mirare magis, vocalem nil variatam
Interdum cernes, velut Ionio immenso.*

Aliquando vocalis manet inuariata: sed id quoq; magis notandum, quàm imitandum. Ouidius 4. *Metamorph. Iactari quos cernis in Ionio immenso*. Versus est spondaïcus. Virgil. *Et succus pectori, & lac subducitur agnis.*

O, & Hcu.

O, & Heu.

Heu, ô, non perimes? at ô interdum breuiabis.

O & Heu ante vocales, integræ manent. Ouidius, O *utinam tunc cum Lacedæmona classe petebat.* Virgilius, Te *Corydon*, O *Alexi*, trahit sua quemq; voluptas. vbi, ô etiam corripitur. Ouid. *Heu*, vbi pacta fides? vbi quæ iurare solebas? &c. In his ergo Synalœpha nihil iuris habet.

Vocalis ante vocalem in eadem dictione absumpta.

Vocalem perimunt pleriq; in nomine eodem:

Sic Maro docte refert, aluearia vimine texta.

Synalœpha fit nonnunquam in eadem dictione. Virgilius, *Seu lento fuerint aluearia vimine texta.* Scande, *Aluaria.* Propertius, *Eosdem habuit secum*, quibus est elata, capillos; Scande, *Osdhabu*, it se, &c.

Synæresis nulli vitanda.

Omibus ista licent, huic, cui, dij, diis quoque, dehinc, dein,

Proin, deest, semianimis; prout, deorsum,prehendere, seorsum:

Sic ij, sic iisdem. Quædam diuisa leguntur.

Synæresis, duarum vocalium naturaliter diuersarum, in vnam contractio: vt *Thesæ*, pro *Thesei*: *Phæthon*, pro *Phaëthon*: *aures*, pro *aurëis*: vt, *Atria*: *dependent lychni laquearibus aureis.* In sequentibus solet esse licita in carmine, *huic, cui, dij, diis, dehinc, dein, proin, deest, semianimis, semiuustus, semihomo, prout, deorsum, seorsum, prehendo, ij, iisdem*: Vt, *Huic coniux Sichæus erat.* Cui pendere sua patereris, &c. Quædam diuersa leguntur. Nam (*huic*) interdum dissyllabum est. Sidonius, *Assurrexit huic, coxit quot torridus Auster.* Albinus, *ille, cui ternis Capitolia celsa triumphis.*

Diæresis.

Scandere si bene vis, tu nosce Diæresin apte;

Ex vna per quam duplex fit syllaba semper.

Sic syluæ vates Lyricus trissyllabon effert.

Diæresis, est vnius syllabæ in duas diuisio: vt syluæ, dissyllabum est, sed vates Lyricus Horatius, per tres syllabas, Syluæ dixit: ideo notitia huius figuræ ad scansionem necessaria est. Diæresis, id est diuisio: διαίρεσις, id est, diuido.

I vocalis, vbi malè putetur esse consonans.

Nominibus Græcis non consonat I, vel Hebræis.

Quapropter dices Iacobus, Iambus, Iapyx:

Profer Iulus, Iaspis, Ioannes, & Iesse;

Sua neq; ab indoctis laniatum nomen IESVS.

I litera, neque in Græcis, neque in Hebræis vnquam est consonans: vnde Iacobus, quatuor syllabarum est, non trium: Iambus, Iapyx, Iulus, Iaspis, Iesse, Iafon, Ioseph, Iacob, Ionas, &c. trium: Iob duarum: Iesus autem, semper trissyllabum est. In quo bis peccauit Alexāder, ibi, *Dat Iesus um* quarto, &c. quòd Iesus, dissyllabum protulerit, vt I sit consonans: & e ante s, producendum, breuiauerit.

QVOT SVNT REGVLÆ GENERALES

Quantitatis syllabariæ? Duodecim.

Cedo, quæ? Prima depositione.

Dum postponuntur vocali consona bina,

Aut duplex, longa est posita. Quòd si duo subsint

Finali, raro posita producit illa.

Vocalis naturaliter brevis, quam duæ consonantes continuò sequuntur, ita vt vna consonantium in eadem dictione, ipsi vocali adhæreat; aut vocalis, quam in eadem dictione sequitur duplex, id est x & z: vel i consonans in medio dictionis non compositæ, inter duas vocales posita, vt Maia; producit ea vocalis positione, siue posita consonantium, vel duplicis. Cur dixisti, vocalis? Quia omnis syllaba, gratiâ vocalis, quan-

ita dicitur. Cur dixisti, ita vt vna consonantium, &c? Quia non oportet vtramque in eadem syllaba locari; sed vna potest esse in fine vnus dictionis, & altera statim in principio alterius dictionis sequentis. Verbi gratia, a, in at, corripitur: eadem si consonans in principio sequentis dictionis ponatur, producit. Virgilius, *At regina graui*, &c. Exempla regulę sunt, tempus, annus, lustrum, dixerunt, azyms, ajo, &c. Consonans bis posita, pro duabus habetur, vt prima in annus, &c. declara illud. Quod si duo subsint finali, raro, &c. hoc est, Oportet ex his consonantibus alteram semper esse iunctam cum vocali. Nam si qua dictione terminatur in vocalem breuem, & huic subiicio in versu dictionem, in cuius initio sint duę consonantes, fallor, si puto illam vocalem finalem breuem, posse produci positione: quanquam hoc factum aliquando reperiatur, vt apud Iuuenalem, *Occulta spolia*, & *plures de pace triumphos*. *Occul. spond. ta spoli.* dactyl. hic, *ta*, longa, positione consonantium, *sp*, sed quod tam rarum est, non est trahendum in exemplum.

Reliqua secunda de liquefcentia.

Cum muta liquidam scribens in syllaba eadem

Ancipitem ponas vocalem, quę brevis esset:

Hanc tamen in prosa semper breuiare iubemus.

Sunt l & r liquidę: quę raro iungimus n, m.

Quando vocalem natura breuem sequuntur muta & liquida, eandem cum sequente vocali constituentes syllabam, ita tamen vt præcedens vocalis in eadem dictione ponatur, ipsa est anceps in versu, in prosa verò semper correpta. Mutę sunt, b, c, d, f, g, k, p, q, t: Liquidę l, & r, & aliquando n, m. Ovidius. *Et primò volucris similis, mox vera volucris*. Virg. *Albanique patres*, &c. Ovidius, *Tempus aila veniet*. Sic ibidem, *id metuens solidis pomaria clauserat Atlas*, &c.

De n, & m, rariora sunt exempla: vt arhythmos, id est numerus: & cygnus, quę corripiuntur.

Cur dixisti in regula: vocalem natura breuem? Quia quę sine positione producit, nulla liquefcentia potest corrip: vt

prima in matrimonium, &c. Cur dixisti, eandem cum sequente, &c. Quia alioqui liquescentia locum non haberet: vt Abnuo, obruo, &c.

Regula tertia de Diphthongis.

La diphthongue est l'union de deux voyelles en une seule syllabe. Elle se trouve en Grec & en Latin.
Diphthongum produci in Græcis atque Latinis;

In Græcis semper: verum subeunte Latina

Vocali, brevis: veluti Præit, atque Præustus.

Omnis diphthongus naturaliter producitur tam in Græcis quam in Latinis: vt Mūsæ, cœnæ, audio, euge. In Græcis quidem etiam subeunte vocali: vt Æacus, Oeagrus, &c. In Latinis verò tum corripitur sæpius: vt præesse, præhendo, & omnia à præ composita, sequente vocali. Virgilius, Stipitibus duris agitur, sudibusque præustis. Ouid. Raptaturque comis per vim noua nupta prehensis. Quid est diphthongus? Duarum vocalium vim suam retinentium in eadem syllaba complexio. Vnde dicitur? A dis, id est bis: & φωνή sonus: quasi duarum vocalium sonus. Quot sunt diphthongi? Sex, æ, œ, au, eu, ei, yi, vt sæpe, cœnum, audio, Euterpe, treis, harpya.

Regula quarta, de vocali ante vocalem.

Quand une voyelle est devant une autre, elle se corrompt.
Vocalis brevis ante aliam manet vsque Latinis.

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus corripitur: vt Marius, Maria, Lucius, Lucia.

Quinque exceptiones.

La première exception est que la voyelle brève ne se corrompt pas quand elle est devant une voyelle longue.
Ni capier, fio produc: & nomina quinta

E seruans longum, si præsit, ceu speciei.

Anceps ius eris patrio: dic semper alius

Altérus brevis tantum, commune sit ohe.

Caius & Cai produc: conformia iunge.

Exceptiones sunt quinque, Prima, Fio producitur, vbi abest

Diphthongus brevis est ante vocalem nisi in nomine suo. Ex quo patet a gentiletyo

r: vt Fiebam, fiam: ubi vero adest r, corripitur: vt Fieri, fierem. Secunda, Nomina quintæ declinationis producant e ante i in genitiuis datiuifq; , si præcedat i, sicut speciei: secus corripiunt: vt Fidei, rei. Tertia, pronomina secundæ declinationis, & nomina habentia secundam declinationem pronominum, variât i ante us: vt vnius, illius, quæ in prosa tantum producantur. Alius in genitiuo tantum producit: Alterius solum corripitur. Quarta, Ohe interiectio exclamantis & satiantis variatur. Quinta, Pompei, Cai, Vulteï, similesque vocatiui producantur: & ubicunque i consonans in vocalem vertitur, vt fit in Caius trisyllabo.

De vocali ante vocalem in Græcis.

Hic Græci variant, nec certa lege tenentur.

Græcorum quædam producant vocalem ante vocalem: vt Aër, latria. Quædam corripiunt: vt Sophia, de quibus non potest dari certa regula.

Regula quinta de de Deriuatiuis.

Deriuata patris seruabit dictio normam,

Consona si patris maneat: docet istud aratrum;

Multa tamen tolles post declarata, vel antè.

Syllaba tanta est in deriuatiuo, quanta fuit in ea primitiui parte, vnde immediatè deriuabatur, si consonans primitiui maneat in deriuatiuo: vt legi præteritum, priorem producit: ergo etiam, legerem, legerim, legissem, legero, legisse, quia à legi formantur. Lego autem priorem corripit: ergo etiam legebam, legam, legerem, &c. Item supinum aratum producit: ideo etiam quod ab illo fit aratum, non posito tantum, sed naturâ ipsa, &c. Ceterum multa contra primitiuorum regulas aut producantur, aut corripiuntur, quorum nonnulla iam dicta sunt, plura declarabuntur.

Regula sexta, de comparatione.

Simplicitis obseruat mensuram compositiuum,

Quamuis diphthongus, vel vocalis varietur:

Hanc legem spernunt dicus à dico, innubus atque

Pronubus, ambitus, nihilum, cum semisopîtus,

Peierat à iuro, cum deierat, agnitus, & cog.

Connubium varies: ab itum comitia dicas.

Compositum sequitur simplicis regulam, & contrà, etiam diphthongo aut vocali mutata. Vbiq̃ue tamen sunt regulæ obseruandę positionum, & vocalium ante vocales: vt Ludo, col-ludo: lædo, illudo: amicus, inimicus: tabeo, intabeo: taceo, reticeo: facio, reficio, &c. Per hanc regulam præpositiones in compositione quantitatem priorem seruant: vt abeo, adamo, subeo, euoco, deduco, amoueo, &c. Hanc legem, &c. Ab hac regula demuntur à dico nomina in dicus: vt Causidicus, maledicus, &c. A nubo, pronuba, innuba. Connubium variatur. Ambitus, ta, tum, participium ab ambio ambis, producit. Ambitus, nomen, semper corripitur. Nihilum à (ni) id est non, & (hilum) res nullius pretij, vtpote fabæ nigrum, quod producit: nihilum autem corripitur. Persius. *De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.* Sôpio primam producit: at semisopîtus eandem corripit. Cætera satis patent, præter comitium, quod à simul itando dictum volunt, & producit primam etiam, nempe com, licet eadem in coëo breuietur: nam coëo erat comeo, id est simuleo: sed fecit euphonia coëo. Præterea comitium ante penultimam producit, hoc est, illudi, ante t, cum idem sit breue in coitum, & in simplici itum.

Se, & Di.

Se produc & Di, præter dirimo atque disertus.

Re.

Se & di, præpositiones Latinæ inseparabiles producuntur: vt Seorego, diduco, &c. Corripiuntur tamen Dirimo, disertus.

Est re breue: at refert à res producere debes,

Reijcit & reicit. Nam quæ iacio tibi format,

¶ prius interdum tollant, ut corripiantur.

Addit vel demit metri gravitate poeta.

Re præpositio inseparabilis corripitur: ut redeo, reditus, pro annuo proventu, renuo, &c. At refer, &c. Refert à res compositum, producitur: alioqui corripitur, Reicio à re & iacio, producitur positu; quia in eo verbo i duplex efficitur: ubi autem corripitur, i, consonans abijcitur, quod etiam contingit in aliis compositis à iacio: ut adiicio, vel adicio, abiicio, vel abicio: subiicio, vel subicio, &c. Ea abiectio in prosa, barbarismum facit: in carmine, in his compositis à iacio, omnibus licet. Poëtæ profectò plerumque metri gratiâ aliquid addunt, aut demunt, id in prosa esset barbarismus: præterquam forte in paucis iam olim in prosa admissis.

Pro.

pro a. h. u. s. d. i. c. t. i. o. n. e. g. e. n. e. r. i. n. o. s. a. u. d. i. c. t. i. o. n. e. l. a. t. i. n. a.

Est pro breue in Græcis, pro longum rite Latinis.

Pro, Græca præpositio, pro ante, semper corripitur: ut prolepsis, prologus, propheta, &c. Pro, Latina præpositio producitur: ut prodo, proficio, &c.

Pro correptum.

receptus a. u. d. i. c. t. i. o. n. e. q. u. i. s. u. r. u. r.

Corripias pronepos, profugus, profugit, profiscor

Et procio peto significans: cui iunge procello,

Atque profana, professa, profunda, profesta, profari.

Propino vario, procuro, iungo profundo:

Sic bene doctæ locas propello, propago, Lucreti.

Dictiones literæ incertæ, corripiunt pro, inter quas propino, procuro, profundo, propello, propago, propagas, verbum variant. Propello quidem & propago, apud Lucretium potissimum.

I, & O, in compositis.

l. o. d. i. c. t. i. o. n. e. c. o. m. p. o. s. i. t. a. d. u. s. d. i. c. t. i. o. n. e. l. a. t. i. n. a.

Pars si componens fini prior i vel o donat,

Sit breue: cunctipotens & Timotheus manifestant.

Quod si non semper manet i, producito semper.

Habet hæc regula partes duas, quarum prior est: Dictiones compositæ siue Latine, siue Græcæ, terminantes in i, primam partem compositionis: breuiant i, vt Bifidus, trifidus, sesquipes, semiuir, visitator, &c. Posterior, Dictiones Græcæ, terminantes in o, primam partem compositionis, breuiant illud o: vt Dorothea, Samothracia, Timotheus, &c. Quod si non &c. Hoc si ex declinatione tantum proueniret, produceretur: vt Tantidem, tanticunque, quanticunque.

Exceptio.

A quotus atque dies, recte variato: at ibidem

Et tibicen erit longum, cui iungis ubique.

Protrahit Ausonius matricidam grauitate.

Lagopus, geolopus, atque Theophila produc,

Cum Leucopetra: Geometra iungitur apte.

Quod medius facit atque dies, producito semper.

A quotus & dies, fit quotidie, & hinc quotidianus; & variari potest vtrunque. At ibidem, tibicen, ubiq; producuntur, scilicet secundo loco positum. Ausonius metri grauitate producit matricida, in monastichis Cæsarum: *Matricida Nero proprii vim pertulit ensis.* Lagopus, auis leporino villo pedes habens: Geolopus, id est terre cumulus: Theophilus, Theophila, propria: Leucopetra, loci nomen, & interpretatur alba petra. Geometra, notæ significationis, producunt o. Meridies, quasi medius dies producitur semper.

Regula septima, de præteritis dissyllabis.

Præteritina tenent primam dissyllaba longam,

Tolle bibit, scidit, & fudit, ac tulit, orta q; do, sto.

Præterita dissyllaba producunt priorem, vt veni, feci, vidi, &c.

Tolluntur

Tolluntur sex, bibi, scidi, tuli, dedi, steti, quæ breuiantur.

Regula octaua, de geminatis præteritis.

Empreintes qui doublent le son primitif de la syllabe & le son qui précède le son primitif
Corripiunt binas geminantis, ceu ceciderunt.

Tolle ceciderunt à cado, à pedo pepêdi.

Præterita geminantis principium, primam & secundam syllabam corripiunt: nisi positio impediât: vt Tetigi, peperî, pepuli, tutudi. In cecîdi verò à cêdo, & pepêdi, prima tantum corripitur: ideo excipiuntur.

Regula nona, de supino dissyllabo.

Supra le son qui n'est que deux syllabes la première
Cuncta supina tenent primam dissyllaba longam.

Præternata sero, cieo, lino, sto, sino, sisto,

Do, ruo, cum queo, eo, reor. At staturus, atum dat.

Supina dissyllaba producant priorem syllabam: vt visum, lusum, &c. Præternata, &c. Eximuntur latum à sero, citum à cieo, litum à lino, statum à sto, & sisto, situm à sino, datum à do, rutum à ruo, quitum à queo, itum ab eo, ratum à reor. Staturus, contra primitiui naturam, primam producit.

Regula decima.

Supra le son qui n'est que deux syllabes la première
Prætum, vocalem de vi, reliquis dabo longam.

Omne supinum non dictum, mutans vi syllabam in tum, producit vocalem ante tum: vt expeditum, petîtum, &c.

Regula vndecima, de verborum cresentis.

A, in cresentis verborum.

Supra le son qui n'est que deux syllabes la première
A crescens produc; nisi cremento dare primo.

Crementum verbi, est, vbi exceditur secunda persona singularis numeri, præsentis temporis, indicatiui modi, actiue vocis: quæ si defuerit, qualis foret, ostenditur: vt amamus, crescit: quia excedit hanc personam, amas. Ocularis crescit, quia si secunda persona actiue vocis foret, ipsa esset oscularis, vocalis in primo cremento est, quæ erat secundæ personæ, vltima: reliquæ,

in secundo cremento esse dicuntur. Igitur a in omni cremento
 producitur, vt amâmus, legebâmus. Excipitur in primo cre-
 mento do, das, dare, cum suis primæ coniugationis compo-
 sitis: vt vænundabam, petlundabam, &c.

E, in credientis.

Ni subit r producit semper: quum subit r dō

Cum socio ternæ breue præsens: protrahere rēris.

Semper e corripitur præ, ram, rim, ro: beris adde.

In reliquis produc: quamuis steterunt Maro dicat.

E in vtroque cremento producitur: vt Amêmus, amarêmus,
 docemus, legebâ: nisi postponatur r, nam tunc corripitur om-
 ne præsens terciæ coniugationis: vt legor, legeris, legere, lege-
 rem, legerer. Cum socio, id est, præterito imperfecto subiun-
 ctivi modi. Re antere vel ris producitur, vt legerêris. E ante
 ram, rim, ro, semper corripitur: vt legeram, legerim, legero. Sic
 amaueram, &c. Beris vel bere corripitur, Amaberis, amabere.
 Cætera producuntur: vt Steterunt, legêrunt: & quanquam Vir-
 gilius, & plures licenter corripuere; nos non imitabimur.

I, O, & V, in credientis verborum.

¶ produc primo cremento, dummodò quartæ

Est verbum. debet semper produci et iui.

Corripe præteritis imus undiq;: venimus edit.

In subiunctiuo, rimus, ritisq;: licenter

Inuenies: nolito, velito, velimus, & itis,

Et simus, sitis, produc. Erit u breue non o.

I, in primo cremēto verbi quartæ coniugationis semper pro-
 ducitur: vt Audîmus, auditis, audire, audirem, &c. Ibam, ibo,
 &c. Item præteritum in iui, producit ubiq; ante vi, vt petiui pe-
 tiueram. Imus, in omni præterito corripitur, vt venimus, au-
 diuimus; nisi in subiunctiu præterito, in quo rimus & ritis li-

center producantur, &c. O in cumento producit, vt Amatôte. V verò corripitur, vt volumus. Cetera nota sunt.

Regula duodecima, de nominum cumentis.

A longum, E que scies, simul O: sic profer eârum,

Musârum, quôrum, dominôrum, sicq; dierum.

V breuis, I que manet, verubus, grauibusque notabunt.

Cumentum nominis, pronominis, participij, est excessus obliqui in syllaba vel syllabis, supra nominatiuum eiusdem numeri: vt puer, pueri, qui, quorum. In cumento autem plurali a, e, & o, producantur: vt Hârum, rêrum, hôrum. I, & v, corripuntur, vt artibus artubus. Prima declinatio, in singulari non crescit, nisi pro æ, dicatur ai, de quo satis dictum est: nec quarta, nisi in datiuo, vbi est vocalis ante vocalem, vt dictum est. Ergo à secunda auspicabimur.

Cumentum secundæ declinationis.

Quæ sequitur primam, tantum producit Iberi.

In secunda declinatione, vnicum producit penultimam genitiui, Iber Ibêri, & eius compositum, Celtiber Celtibêri.

Tertiæ cumentum A, & O.

Dic atis. Onis ab o fer, Inis, breue: protrahis enis.

On si vertis in o, mensus sit, qui fuit antè.

A corripitur: vt Poëma poëmatis Ab o producantur onis & enis: vt Cato Catônis. Anio Aniênis. Inis ab o corripitur: vt Virginis, &c. Si Græca in on omittant n, seruant in obliquis quantitatem, quam habuerunt: vt Agamemnon Agamémnonis, Briton Britonis, & Brito Britonis, Saxo Saxônis, Macedo Macedonis, &c. quæ corripuntur.

C.

Dices halêcis, nec spernes Melchisedêcis.

Halec halêcis, Melchisedec Melchisedêcis, producant penultimam genitiui.

C ij

D.

Dauid Davidis dices : Bogudis Bogud optat.

Producitur etiam Dauid Dauidis : Bogud Bógudis corripitur.

L.

Masculinum dat alis : neutrum formatur ab alis :

Elis cum solis produc ; reliquis breuiatis.

Al, alis, masculini generis, corripit penultimam : vt Sal salis, Hannibal Hannibalis, &c. Neutra producuntur, vt capital capitalis, &c. Sic Michaëlis, Daniëlis, &c. Et sol sôlis, Reliqua corripuntur.

N.

On nimis incertum est. En inis dat : cætera produc.

En inis, corripitur : vt nominis. Cætera producuntur, Pæânîs, Damônîs, &c. Delphînis. De on nequeo dare certam regulam : nam multa producuntur : vt Babylon Babylônîs, Cithæron Cithêrônîs, Simon Simônîs, &c. Multa corripuntur, vt Canon Canonis, Dêmon Dêmonis, Memnon Memnonis, &c.

R.

Aris produco neutris, nectar, iubar aufer.

Protrahe, Nar, Nâris, fûris vëris, Recimêris,

Byzer, Ser, & Iber : in ter Græcum, æthere dempto.

Oris ab or produc ; cum neutris, corripe Græca,

Arboris & memoris breuias : indiçtâque cuncta.

Aris ab ar, neutri generis producitur : vt laqueâris, &c. Tolluntur nectaris, iubaris, & quædam propria : vt Hamilcar Hamilcaris, &c. Protrahe Nar, &c. Porriguntur quæ sequuntur in litera, Nar naris, fluuij nomen. Fur furis, ver veris, Recimer Recimeris, viri proprium : Byzer Byzeris, populus. Ser Seris, po-

pulus, à Sera vrbe, apud quam sunt lanigere arbores: vnde serica vestimenta conficiuntur. Iber Ibêris, Hispanus. In ter Græcum, &c. Græca in ter, producunt penultimam genitiui: vt crater cratêris, character caractêris. Excipiuntur æther ætheris. Oris ab or produc, &c. Produc oris ab or, vt Amoris, &c. Sed corripe neutra: vt Marmoris, &c. Et Græca, vt Castoris, Hectoris, cum memoris, arboris, & cum omnibus non dictis: vt Mulieris, gutturis, martyris, &c.

A S.

Atis ab as produc. Ab anas, anatis breuiato.

Cetera corripies, nisi vasis: dico vadis vas.

As atis porrigit: vt pietas pietâtis, &c. Demuntur anas anatis, auis, &c. vt mas maris, vas vadis, & Græca mittentia genituum in adis: vt Pallas Palladis, &c.

E S.

Es breuiat: nisi cum locuples, mercêsque quiesque,

Sichæres: Græcum iungo quod præbuit etis.

Es breuiat penultimam genitiui: vt miles militis, interpret interpretis, Ceres Cereris, &c. Producentur verò locuples locuplêtis, merces mercêdis, quies quiêtis, hères herêdis; & Græca, quæ habent in genituo etis: vt magnes magnêtis, tapes tapêtis, lebes lebêtis, &c.

I S.

Is breuiat. Tollo glis, gliris, quódque dat itis:

Et Psophis, Crenis, Nesis: Græcum quod in n fit.

In is corripiunt penultimam genitiui: vt lapidis, isidis, cingris, &c. Sed porrigunt Glis Gliris, & quæ habent itis: vt dis dîtis, sic Samnis, Quiris, lis, & Psophis Psophîdis, vrbs: Crenis Crenîdis, nymphæ nomen: Nesis, îdis, insula adiacens Campaniæ. Adde Græca in is, quæ per n etiam finiuntur, vt Salamis, Salamînis, Trachis Trachînis, &c.

O S.

Protrahit os: Tria corripunt, bos, compos, & impos.

Os in obliquis penultimam producit: vt Rhinoceros Rhinocerôtis, custos custôdis, flos flôris, Tros Trôis, Minos Minôis, Heros Herôis. Tria, bos bouis, compos comporis, impos impotis, corripunt.

V S.

Us breuiat: tollas prædis, vis, tis, quod habebis

V: præter pecudis, Ligurisq; , intercutis addo.

At melius melioris habet: conformia iunge.

Us, penultimam genitiui corripit: vt Corporis, velleris, tripodis, oedipodis, &c. Producent quæ habent vtis, vdis, aut vris, vt virtûtis, subscûdis, iûris, sic incûdis. Corripuntur pecudis, Liguris, à Ligur, & intercus intercutis. Comparatiua producentur, vt meliôris, &c.

B S. P S. M S.

Consona cûm præit s, patrij penultima curta est.

Hinc Cyclops, seps, gryps, conops, Cercops remouêto,

Atque Europs, hydrops. Fuge Cyclopis atque Dolapis.

Nomen in s, præcedente consonante, vt bs, ms, ps, penultimam genitiui corripit: vt Lælaps, Lælapis, nomen canis, &c. Producentur Seps sêpis, serpens: gryps gryphis, animal: Conops conôpis, id est eulex: Cercops populus. Europs Eurôpis, proprium regis: hydrops hydrôpis, aqua intercus. Fuge Cyclopis, &c. Cyclôpis producitur tantum, contra Sulpitium: Dôlopis verò corripitur. Cyclops, gygas vnoculus.

X.

Prægis vocalem breuiat. Producito lex, rex.

Exicis abbreviat, vibex, nisi. Cætera produc:

Præter abax, similax, Atrax, cum dropace, Candax.

Fax & Atax, Pharnáxq; panáxq; storáxq; coláxque.
Pix & onyx, illix, histrix, cum mastice, varix;
Coxendix, & Erix, forníxq; calíxque Cilíxque:
Dic filicem, salicem, laricem, natricémque, niuémque,
Cappadocem, celocem, cum præcoce. Iungitur istis,
Dux, trux, nux, crux, atque volux. Variabo Syphacem,
Et Bebrycem, rarò nomen producimus istud.

Vocalis ante g corripitur; vt remex rémigis, grex gregis, Phryx Phrygis, &c. Sed producitur lex légis, rex régis. Corripe item icis ab ex, vt vertex vérticis, &c. Vnum producitur, vibícis. Cetera producuntur in obliquis, vt myrmex myrmécis, halex halécis, pax pácis, &c. Quæ sequuntur in textu, breuiantur: abax abacis, mensura nummulariorum. Similax similacis, species hederæ. Atrax Atracis, fluuius. Dropax dropacis, vnguenti genus: Candax, insula vulgo Candia. Fax facis. Atax atacis, fluuius. Pharnax, viri proprium. Panax panacis, herba. Storax, storacis, genus aromatis. Colax colacis, parasiti nomen. pix picis. Onyx onichis, vnguis & lapillus pretiosus. Illix illicis, id est fraudulentus. Histrix histricis, herinaceus. Mastix masticis vel mastichis, resina lentisci arboris. Mastix mastigis, vel mastigos, flagellum: hinc mastigia, id est verbero verberonis, Varix varicis, plus æquo intumescens vena, Coxendix coxendicis, coxa. Eryx Erycis, vrbis montisque nomen. Fornix fornicis, arcus lapideus. Calix, notum. Cilix, icis, populus. Filix, herba. Salix salicis, arbor. Natrrix natricis, serpens. Nix niuis. Cappadox Cappadocis, quispiam in Cappadocia natus. Præcox præcocis, præmaturus. Dux: Trux trucis, crudelis: Nux, Crux, Volux: Syphax, proprium viri variatur: & Bebrix, populus, rarò producitur.

De primis, regulæ generales.

A, solum trahit l quodque: & dissyllaba mamnas
E, dissyllaba d, simul l, tardant: sed & n, s,

*Tēque vel v, conso. Cætera corripunt,
I tardant, d, vel l, n, & s, ceu consonitans v.*

*M, vel r, in dissyl. Cætera corripunt
O bogomoso, dissyllaba d modò tardant.*

V rapiunt b, l, p, polysyllaba t: neque solum v.

A, in primis corripitur ante omnes consonantes simplices, præterquam ante l, & dissyllaba mannas, id est, ante m, n, s. E, corripitur ante omnes consonantes simplices in primis, præter dissyllaba, d, & l: præterquam ante n, s, t, & v, consonantem. I quoque corripitur, præterquam ante d, l, n, s, & v, consonantem; & præter dissyllaba in m, & r. O corripitur nisi ante b, g, m, s, & dissyllaba ante d, v verò producitur nisi ante b, l, p, & polysyllaba in t, & ante, v, cum alia litera, vt pluuiā: nam si sola sit, producitur, vt vua.

De mediis.

A tardat g vel u mediis: sed cætera curtant.

E, c, d, tardant l, m, n, t, vel u, mihi sola.

I, nisi sit super v, vel q, poscit breuiari.

O, medio tardant s, t: sed cætera curtant.

V curtant b, vel f, l, p, ceu consonitans v.

Dum subsunt mediis: cætera longa dabis.

Excipienda suæ ponuntur in ordine normæ.

Nunc satis est primam significasse viam.

A, in mediis producitur ante g, & v, consonantem: ante cæteras corripitur. E producitur in mediis ante c, d, l, m, n, t, & v, consonantem: ante cæteras corripitur. I corripitur in mediis ante omnes: præterquam ante q, & v. O producitur in mediis ante s, & t, ante cæteras corripitur. V corripitur ante b, l, f, p, & v, consonantem: ante cæteras producitur. Exceptiones querendæ sunt in codice Despauteriano maiore, vbi omnia fusil-

simè

simè explicantur: Hic enim satis est, velut quoquo modo viam indicasse.

De vltimis.

A terminale.

*A declinatum breuia: sed protrahe sextum,
Et quintum, cuius rectus producitur, & mna.
Producunt nostri quædam muliebria Græca
In recto, vt Tegea. sine teste nihil volo tale.
Non declinatam produc: ita, cum quia, demptis,
Et putà non verbo. ginta meliùs loco longum.
Postea, & vltra leges, cum contrà, curta licenter.
Eia breue est Flacco.*

Vltima syllaba noscitur positu: vt post, ast, est, amant. Diphthongo: vt Heu, musæ. Regula, vt, A declinatum corripitur: vt Musa, Anna, nominatiui & vocatiui casus. Loquitur de declinatis per casus, non per tempora. Sed protrahe, &c. Ab hac regula tolluntur ablatiui, quia producuntur vt musa, mea, lecta: & vocatiui à nominatiuis productis, veluti Ænea, Anchisa, Atla. Mna monosyllabum, cuiuscunque casus producitur. Producunt, &c. A in nominatiuo Græco fœminini generis, a nostris corripitur; licet illi producant: veluti Scylla, Medea, Lerna, &c. Quosdam tamen nominatiuos nostri produxerunt, ad imitationem Græcorum; sic tamen, vt aliqua cæsurarum locum habeat: Idcò nihil tale producemus sine auctoritate; idque faciemus rarissimè, quia poterunt in e terminari: vt Tegea vel Tegee, &c. non declinatum, &c. A in omnibus per casum non declinatis, producitur: vt clama, frustra, prætereà, suprà, &c. Corripiuntur autem ita, quia, & putà, aduerbium. Numeralia in ginta rectiùs producuntur: vt triginta, quadraginta, &c. Produc quoque prætereà, intereà, posteà, contrà, vltra, quæ interim corripiuntur. Eia Valerius Flaccus corripit: & Alleluya Sidonius.

D

E in vltimis.

*E breuia. Primæ produc & nomina quintæ,
Cum natis : addes pluralia cuncta secunda
Iunge doce , & socias. monosyllaba longa repono.
Inclinatiuas præter. Malè cum benè dempto,
Omnia produces aduerbia , siqua secunda
Præstiterit : summique gradus aduerbia quæuis,
Sunt fermè atque fere producta ; quibus dabis obe.*

E corripitur : vt Docere, Ganimede, Hercule, Achille, & similes vocatiui, & ablatiui tertiæ. Primæ, &c. E in prima & quinta declinatione, in quocunq; casu reperiatur, producitur : vt Parasceue, Anchise, &c. sic vocatiui & ablatiui, secie, die, re : hinc hodie, pridie, postridie, quotidie, quare. Produc quoque pluralia in e : vt Cete, Tempe. Secundæ, &c. Producitur omnis secunda persona vocis actiue, singularis numeri, præsentis temporis, secundæ coniugationis, imperatiui modi : vt Doce, mone. Monosyllaba producuntur. vt Me, te, se, de. Hinc demuntur coniunctiones encliticæ, que, ve, ne, & in compositis quisque ; nonne &c. Producuntur aduerbia in e, ab adiectiuis secundæ declinationis, siue comparatur, siue non : vt piè, egregiè, æquè, doctè, &c. Corripiuntur tamen bene & malè, atque magis pro magis. Aduerbia superlatiui gradus vndecunque fiant, producuntur : vt maximè, minimè, &c. Produc etiam ferè, fermè, & obe.

I finale.

*I longum pono ; vocitantem contraho ternæ,
Sapèque Græcorum ternum : Minoidi testis.
Sed nisi , siue quasi , mihi , sibi , ubi Variabis,
Et tibi , iunge cui. tantum breue moly loquatur.*

I producitur. Corripitur verò cunctis tertiæ vocatiuus : vt

Alexi, Amarylli, Phylli, &c. Dativus quoque tertiæ Græcus corripitur inuenitur: ut Palladi, Minoïdi, &c. Sed nisi, &c. Variabilis in litera posita: inter quæ, Nisi & quasi rectius corripitur. Cui, sæpius est monosyllabum. Moly, tantum breue: herbarum nomen.

O in fine.

O commune datur: produc monosyllaba: iungens

Cum terno sextum; atque aduerbia nomine nata.

At variabo citò, cum sedulò, mutuò, crebrò,

Seròque. sit curtum modò solùm: sed breuiari

Ergò pro causa non valt. produco quaterno

In casu nomen, sit cuius in us, genitiuus.

O patrij produc: variæque gerundia verba.

O variatur: ut Cato, Leo, Apollo, &c. Producuntur tantum monosyllaba: ut Sto, do, fio, pro, &c. Producuntur tantum datiuus & ablatiuus: ut domino, meo, amato, &c. Producuntur tantum & aduerbia ex nominibus ducta: ut Tantò, quantò, falsò, primò, &c. Variantur autem citò, sedulò, mutuò, crebrò, serò. Modò aduerbium, pro solùm, corripitur. Ergo pro causa producit. Produco Græcum in o, faciens genitiuum in us, in nominatiuo, datiuo, acusatiuo, & ablatiuo: ut Dido, Clotho, Argo, Clio, Sappho, &c. Genitiuus in o producit tantum: ut Apollos, Apollo, Androgeos, Androgeo, &c. Variæque gerundia verba; ut *Pluribus hic æger moritur vigilando, sed illum.*

V & B.

V semper produc. B contrahere: barbara deme.

V produc ut Iesu. B. corripitur, ut Ab, ob. Demuntur barbara in b, quia producuntur, ut Iob, Aminadab, Iacob, &c.

C in vltimis.

C produc: præter nec, donec. Sed variabilis

Hic bene pronomen: fac Verbum iungimus isti.

C producitur, vt sic. Corripiuntur nec, donec: Hic aduerbiū; producitur; pronomen variatur, & fac verbum.

D & T.

D breue ponatur, ceu t; nisi syncopa fiat.

D corripitur, vt Apud, Bogud. Sic desinentia in t, vt Caput, amat, docet; nisi aliquando per syncopen producantur, vt Fumat, profumauit, obijt pro obiuit.

L.

L breue sit. Cum, sol, sal, nil, tolluntur Hebraea.

L corripitur, vt Annibal, Hiempsal, mel, fel. Producentur sol, nil, & sal. Hebræa quoque producentur, vt Michaël, Raphaël, &c.

N.

N produc: Demas an, in, & prolem; tamen, atque Forsitan, & forsan viden, huic conformia iunges, Quod dat inis, cursum est: velut on quod tertia nescit. Corripitur quartus, quando breuis vltima recti est;

N producitur: vt Hymen, Titan, delphin. Et omnia nomina tertiæ in on: vt Agamemnon. Tolluntur à regula, an, in, cum prole, dein exin, subin, proin, tamen, attamen, forsan, forsitan, viden. & quæcunque per apocopen, n, habent: vt Men pro Méne, ten, pro téne; egō, pro egōne, &c. Quod dat, &c. Corripe n, habent inis in genitiuo: vt Pecten, crimen, &c. Corripitur quoque in on nomen secundæ declinationis, quod Latini in vñ vertere solent: vt Ilion, Pelion, &c. Corripitur similiter accusatiuus, cuius nominatiui vltima corripitur, vt Medean, Maion, &c. Accusatiui à longis nominatiuis producentur tantum, vt Ænean, Anchisen.

R.

R breues. Produc cuius dat patrius eris:

*Addito Iber, aër, æther: Sit Celtiber anceps,
Vt cor, non longum melius. Producito tantum
Cur, far, Lar, fur, Nar, par: Vix prolem breuiabo.*

R, corripitur, vt Mulier, pater, mater, &c. Producentur nomina in er, habetia eris penultima longa in genitiuo, vt Crater, character, clyster, &c. Ver, Iber, aër, æther, adduntur: Celtiber variatur, & cor: quod tamen melius corripitur. Producentur tantum, Cur, far, &c. Et par cum compositis impar, &c. quæ non omnino recte breuiantur quandoque.

A S.

*As produc: Sed adis quæ dant patrio, breuiantur,
Et terna quarto: vates bonus, Elias inquit.*

As producitur, vt forâs, &c. Corripiuntur tamen omnia nomina tertiæ, quorum genitiuus in adis vel ados definit: vt Arcas, &c. Corripe quoque accusatiuum pluralem tertiæ in as: vt Rhetoras, &c. Baptista Mantuanus corripuit Elias.

E S.

*Ponitur es longum. Pluralia corripe Græca,
Quæ crescunt: velut es de sum. penes, inquit adde,
Cum neutris: Et si patrio est penultima curta
Terna. Tolle Ceres, aries, paries, abies, pes.*

Es producitur, vt Anchises, Dares, &c. corripiuntur autem omnia Græca pluralis numeri, tertiæ declinationis, crescentia in singulari: velut Dæmones, Vascones, Britones, Pæanes, Delphines, crateres, Castores, gigantes, pyxides, & quamplurima alia. Es à sum corripitur, ab edo producitur: & penes præpositio, & inquit nomen. Corripiuntur nomina neutri generis: vt Hyppomanes, cacoëthes, &c. Corripiuntur nomina tertiæ in es penultimam genitiui corripientia, vtpote quæ itis, etis, aut idis penultima breui obtinent: vt miles, teres, deses, &c. Producentur solum Ceres, aries, &c.

I S.

*Is breuior : verum plures protrahit casus:
 Isque quod in patrio mutatur in itis, & inis,
 Aut entis. Thetis vario. Glis, vis quoque nomen
 Cum verbo, longum est: veluti persona secunda
 Protrahit is, quoties itis plurale reponit.*

Is corripitur: vt Inquis, quis, &c. Producito omnem casum pluralem in is: vt queis plurale, dominis, &c. Item treis, omneis &c. Producentiam nomina in is, quæ penultima longa faciunt genitiuum crescentem in itis vel inis: vt Lis, Dis, Samnis, Salamis: aut in entis, vt Simois, Pyrois, &c. Thetis variatur: Producat hæc glis, vis siue nomen, siue verbum, cum suis: vt sis pro si vis; quamuis, vteruis, &c. Producentur etiam secundæ personæ singulares, quando plures habent itis penultima longa: vt velis, nescis, &c.

O S.

*Os produc. Patrius brevis est, & compos, & impos.
 Osque ossis præbens. Rectos breuiato secundæ.
 Os recti produc, quoties tibi patrius o dat.*

Os producit: vt nepos, &c. Corripitur quicunq; genitiuus in os: vt Pallados, Tydeos, &c. Et compos, addo, & impos, & os ossis, breuiantur. Os oris producit. Omne nomen in os secundæ declinationis, vt Samos, synodos, &c. corripitur. Producentur & nomina quæ quartam declinationem Atticam, faciunt genitiuum in o: vt Athos, Androgeos, &c.

V S.

*Vs correpta datur. Monosyllaba cum genitiuis
 Terna vel quartæ produc; numerique secundi
 In quarta primum, quartum, quintumque: & in vris,*

*Dúmque vtis patrius, vel in vdis & vntis, odísve,
Aut quintus fit in v: longus tum rectus habetur.
Ergo produces venerabile nomen IESVS.*

Vs corripitur: vt tempus pecus, &c. Producentur verò monosyllaba: vt Rhus, thus, ius, &c. Et genitiui tertiæ, vt Cliús Didús, &c. & genitiui quartæ, & in plurali eiusdem declinationis nominatiui, accusatiui, & vocatiui: vt visus, manus, &c. Et in vris &c. produci tur us in nominatiuo singulari, vbi genitiui terminantur in vis, vtis vel vdis: vt Tellus, virtus, palus. Simile est, vbi genitiuus desinit in vntis, vt Cerasus Cerasuntis, Opus, &c. Græca quoque à ποῦς producentur: vt Sciopus, Melampus. &c. Produc quoq;, vbi vocatiuus in v desinit: vt Panthus, quia vocatiuus est Panthu. Sic quia per v̄ diphthongum scribitur, doctissimi produci testantur adorandum Domini & Dei nostri nomen, IESVS.

De decem vitijs in carmine vitandis.

Barbara nulla inerit vox aut incongrua metro:

Nulla redundabit, nulla integritate carebit:

Nil transponetur: nil confundet malè sensum.

Nec rapies longam, nec produces breuiandam,

Nec post vocalem, nec post m, versu in eodem,

Partibus à varijs vocalis ritè sequetur,

Syllaba ni pareat precedens, vt modò dixi.

Nec succussantes, nec pones molle crepantes.

Nec paucis numeris tibi multa licere putabis:

Nec tibi propones nisi summos quosque imitandos.

Monemur vulgata decem vitia in carminibus contexendis vitare. Primò ne barbarum aut incongruum quicquam admisceamus. Secundò ne quid redundans, aut deficiens sit: vt qui,

que, quoque, aut alias particulas, propter metrum duntaxat, ingerunt: qui pedum nimis, aut non satis ponunt: qui sensum non explent, aut frustra repetunt. Tertiò, ne quid malè transponatur. Quartò, ne sensus confundatur. Quintò, syllabarum quantitas non violabitur. Sextò, nec post vocal m, nec post m ponetur in eodem versu dictio incepta à vocali, nisi fiat ellipsis aut synalœpha. Septimò non ponemus succussantes literas, syllabas, aut pedes: vt O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Octauò, ne quid sit affectatè nimis, turgidè, aut molliter sonans. Nonò, vitabitur in paruo poëmate magna licentia. Et decimò, cauebimus ne non probati auctoris carmina imitemur.

APPENDIX

IOANN. PELLISSONIS CONDRIENSIS

AD QVANTITATES SYLLABARVM, DE

Accentibus, ex Ioanne Despauterio

accuratissimè excerpta.



Accentus est certa & legitima pronuntiandi ratio. Et est triplex: Acutus, Circumflexus, Grauis. Acutus est quo syllaba attollitur: vt prima à in genitiuo carminis, & insignitur hac notâ. Circumflexus, quo syllaba & attollitur pariter, & demittitur, vt prior in røre, & notatur hoc insigni. Grauis, quo syllaba deprimatur, vt duæ postremæ in dõminus, & figuratur hoc signò: vt falsò, hîc, Sororem falsò, creditam, &c. Nam propter consequentiam partium orationis, id est, quòd in contextu orationis partes aliæ alias consequantur, acutus transit in grauem.

NOTARVM ACCENTVVM VSVS.

Huiusmodi autem notulis Græci passim vtuntur, rarò Latini, nisi sicubi hærerì possit, vt ri accentuum præcipuus sit locus: vel quia anceps sit dictio, vt vnà nomen, vna aduerbium: plane
nomen,

nomen, planè aduerbium: a, e, vocales literæ: à, è, præpositio-
nes. Quod, extra notam accentus, nomen, cum accentus no-
ta, coniunctio, &c. vel quia sit ita, vt tametsi in promptu vide-
re germanum accentum: tamen cum plerumque non nisi exer-
citatus statim videat: vt scripserunt, non scripserunt. Rursum,
Scripsere, non scripsere, quum prolatione nihil interesse videa-
tur certè, vt hodie proferimus.

QVOMODO FIAN'T ACCENTVS.

Accentus ita fiunt. Nam proferenda dictione qualibet in ea
attollimus certam quandam syllabam, atque ita fit accentus aut
acutus, aut circumflexus: & reliquas deprimimus, id est æquabi-
li sono, ac veluti vno vocis tenore proferimus: atque hoc ipsum
est grauis accentus. Differunt quidem ipsa re acutus & circum-
flexus: ac diuersæ sunt naturæ: sed hoc nos quidem sono & vo-
ce non internoscimus. vtrobique enim syllabam pronuntiando
attollimus. Porro acutus & circumflexus sunt principes accen-
tus, vt de illis tantum laborandum sit: nam grauis vel non quæ-
rentibus obuius est. Quod nunc ita interpretari licet: Quotquot
syllabæ sint in dictione, vna tantum attollitur, id est (vt nunc
accipimus) acuto aut circumflexo accentu effertur: reliquæ om-
nes syllabæ grauantur, seu dimittuntur, etiam si mille essent: vt
grauis accentus iure dicatur syllabicus, quod sit in omni syllaba
dictionis, præterquam in illa vna quæ attollitur: vt Gratiano po-
litanorum. Itaque cum de accentu cuiuspiam dictionis loqui-
mur, tantum de horum altero, qui sunt eximij, hoc est de acuto
aut circumflexo intelligimus: vnde de his tantum præcipi solet;
nam grauis nihil habet quod regulis egeat.

ACCENTVVM SEDES.

Ante tres syllabas nulla in dictione syllaba potest attolli: ergo
acutus accentus in antepenultima tantum, id est tertia à fine,
aut in penultima, aut in vltima ponendus est. Nam circumflexus
apud Latinos in penultimam tantum cadit: neque enim si quia
monosyllaba circumflexum habent, ideo in vltima habere cen-

feri possunt. Exempla de acuto: vt *omnia* facit, rectè. De circumflexo: vt *Mâter*, spēs.

ACCENTVVM REGVLÆ.

Et huiusmodi quidem accentuum vt tibi ratio constet, prius noscenda penitus ac memoriter complectenda est syllabaria quantitas, quia apud Latinos pendent accentus maximè & penultimæ syllabæ seu tempore seu quantitate: id quod è sequentibus regulis colligere facilè licebit. Omnis dictio monosyllaba, naturâ brevis, licet positione producat, acuitur, vt *Súm*, *és*, *ést* *nîx*, *nûx*, *fâx*. Monosyllaba dictio naturâ producta, circumflectitur: vt *Dôs*, *rôs*, *spês*, *rês*. Vbi eam natura produci non constiterit, ad acutum confugito: nunquam enim circumflexus ponitur super syllabam naturâ breuem, aut tantum positione productam: id est, quæ, nisi obstaret positio, brevis esset. Dissyllaba dictio priorem natura producens, & posteriorem corripiciens, illam circumflectit: vt *Mâter*, *Rôma*: aliàs acuit, vt *Patér* *nêpos*. Polysyllaba dictio penultimam producens, & ultimam corripiciens, circumflectit penultimam: vt *Românus*, *equitâte*. Ultimam verò etiam producens, acuit penultimam vt *potêntes*, *amauêrunt*: nunquam enim longa ante longam circumflectitur: & duabus longis sequentibus, primam acui Latinus sermo non patitur. Dictio polysyllaba penultimam corripiciens, acuit antepenultimam: vt *Dóminus*, *áf fatim*, *mulieris*, *scâtebra*, *vólucres*, *sóphia*, *philosóphia*: quanquam in his duobus postremis seruari poterit, auctore Quintiliano, Græcanicus accentus, *philosóphia*, *sophía*: non Latinè id quidem, sed tamen citra reprehensionem.

EXCEPTIONES.

Ab his canonibus exceptiones sunt numero sex: prima, interrogatio accentum mutat, quia ultima interrogationis semper acuitur: vt *Egoné?* *Quis furór?* *ô ciues!* Secunda, distinctionis & differentiæ gratiâ mutatur accentus: vt vna aduerbium ultimam acuit, ne videatur esse nomen. Sic ponè, præpositio vel

aduerbium: sic eó, aliquó, illó, falsó, seduló, repenté, palám, forté, cá, aliquá, &c. vltimam acuunt, dum aduerbia sunt, ne putentur esse nomina, vel verba, vel pronomina, vel participia. Tertia, Circuncisio accentum mutat: ideo nomina tertiæ in as, quæ in atis olim desinebant, vltimam circumflectunt, vt olim penultimam: vt Aquinás, Arpinás, nostrás, cuiás. Olim dicebant cuiátis, pro cuiás, &c. Concisa sunt quoque donec, pro donecum, quod in Plauto legitur: adhúc, illúc, istúc, híc, &c. díc, dúc, fác, &c. pro adhuce, illuce, &c. dice, duce, face, &c. Item petít, pro petiuit: fumát pro fumauit. Quarta, accentuum transpositio mutat, veluti omnes præpositionum coniunctionumq; syllabæ, dum præponuntur, grauantur vt de qua re: pòstpositæ autem acuuntur, vt qua dé re, &c. Cum præpositio, que, ne, ve, encliticæ coniunctiones, præcedentē syllabam acuunt: vt Quícum, mécum, &c. Cæsar papáq; hominésne, feræne, &c. Quinta, Compositio quandóq; accentum variat, vt compositio noscatur esse, non oratio. Itaq; hæc exceptio, particula est secundæ exceptionis: vnde tertia a fine acuitur in sequentibus, súbinde, éxinde, déinde, próinde, périnde, aliquando, néquando, húcúsque, álonge, délonge, déinceps, dúntaxat, sínistrorsum, déorium, quápropter, enímvero, quínimo, nímirum, nihilóminus, pro tamen, paulóminus, pro ferè: quómodo pro qualiter: ínsuper, désuper, intérea, póstea, verúntamen: háctenus, quátenus. Vbi autem diuersæ essent dictiones, diuersos haberent accentus. Sexta, Idioma, id est lingue proprietates accentum mutat, quum vnaquæq; lingua habeat accentum sibi peculiarem ac proprium. Nam secundum Latinorum regulas, Antrópos, & Epíros penultimam acuunt, quia producitur: hanc tamen apud Græcos grauem habent. E diuerso Simois, quia penultimam corripit, apud Græcos grauem habet, acuta antepenultima. Item & paraclerus contra vsum lingue nostræ in antepenultima habet accentū, quum penultima eius sit longa, vt sit in Agápetus & eléíson, quæ Græcè per n scribuntur. Ex his patet, in Græcis accentum quantitati magna ex parte contrarium esse. Sed hæc hæctenus.

FINIS.